



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani provincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXI. Paringense Monasterium, Germanicè Paring.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT LXX.

ABBATIAE DIOECESIS TRE-
censis, vulgò Troyes, in
Francia.

IN vrbe Trecenti duæ sunt Abbatiaë Cano-
nicorum regularium, videlicet Sancti Lu-
pi Trecentis, & Sancti Martini Trecentis, in
Areis, Gallicè *ez Aires*, vulgò nuncupati.

Ecclesia Sancti Lupi fuit olim Præposi-
tura, quæ in Abbatiam Regularium, anno
1104. conuersa est: obiitque primus Abbas 1104.
Girardus anno Christi millesimo centesimo 1137.
trigesimoseptimo. Fuit autem S. Lupus, aliàs
Leufus Trecentis Episcopus.

Cœnobij Sancti Martini Trecentis in A-
reis, primus Abbas fuit Guilielmus, qui an-
no 1142. viuere desijt. Reliquos Abbates re-
censet Nicolaus Camuzatius in Promptua-
rio, Antiquitatum Trecentium.

CAPVT LXXI.

PARINGENSE MONASTERIVM,
Germanicè Paring.

Monasterium hoc fundatur per *Conra-*
dum, Henricum & Gebhardum Canoni-
cum maioris Ecclesiæ Ratisbonensis, Comites
de Raning & Rotenburg, germanos fratres,
vt testatur diploma foundationis Hérici, Epi-
scopi

scopi Ratisbonensis. Obijt autem Henricus
 1142. Comes, anno Domini 1142. In illo monaste-
 rio sepultus dicitur fuisse *Comes Morspurgen-*
sis, cui etiam insignia Morspurgensia assignantur.

Cæterum Morspurgenses Comites, Ran-
 nigenfibus deficientibus, in iure aduocatiæ
 Paringensis monasterij successerunt.

CAPVT LXXII.

S. ZENONIS MONASTERIVM,
in Norico, apud Germanos.

CONRADVS Archiepiscopus Salisbur-
 genfis, nepos Babonis Comitis Aben-
 pergensis, apud *Reichenhall* in Norico Cano-
 nicis regularibus S. Augustini collegium in-
 stituit, quod *S. Zenonis* vocât, primumq; Præ-
 positum ibi Lonzonē ordinauit. Obijt Con-
 radus postquam 46. annis laudabiliter Eccle-
 siæ Salisburgensi præfuisset, anno 1147. vt
 1147. Auentinus lib. 6. testatur.

CAPVT LXXIII.

B. MARIAE MONASTERIVM IN
Austria, octauo lapide à
Vienna.

LEopoldus Austriae Marchio, cognomé-
 to Pius, octauo ab inclyta Viennensi
 vrbe